



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri
tres**

Baptista <Mantuanus>

Dauentrie, 1515

Testimoniu[m] ex Plinio q[uo]d natura humana sit [a]erumosa ca.xxviii

urn:nbn:de:hbz:466:1-30534

Liber Secundus

patitur id vetustatis incommodum, et habet propterea apud male cernentes minus fidei, sed penes clare intuentes, plus dignitatis. Te igitur (ut ad propositum redeam) etiam multis et animi et fortunae (ut aiunt) bonis abundantem taceat habere corporis aduersam valitudinem cum omnium equanimitate perferre.

Testimonium ex Plinio quod natura humana sit erumosa

Quam septimum naturalis historiae Plinij libro **Ca. xxviii** euoluerem inueni capite quinquagesimo suam valitudinis tuum morbo saluberrimam. Nam cum varia morborum exempla connumerat ita inquit. Incertum ac fragile mihi est hoc munus quod datur, nobis malignum et breue, in his etiam quibus largissime contingit vniuersum utique cui spaciuz inuictibus. Quid quod estimatio nocturnae quietis dimidio cuiusque spacio vitae suae vivit. Pars equa morti similis exigitur, aut poenae nisi contingat quies. Nec reputatur infantiae anni, qui sensu carent, nec senectus in poenam viuacis, tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot cura, toties in uero cata morte, ut nullum frequentius sit uotum. natura vero nihil hominibus breuitate vitae praestitit melius, ebescunt sensus membra torquentur, praemortuus visus, auditus incessus, dentes etiam ac ciborum instrumenta, et tamen vitae hoc tempus annumerat. Ergo pro miraculo et id solitariuz reperitur exemplum Xenophilum musicum centum et quatuordecim annis vixisse, sine ullo corporis incommodo. At Hercule reliquis omnibus per singulas membrorum partes, quod nullis alijs animalibus certis pestifer calor remeat horis, aut rigor, neque horis modo, sed diebus noctibusque trinis, quod diuisis etiam toto anno, hactenus Plinius, quod addidisse uolui, ut remiscaris viri sapientissimi, ac minime in hac praesumpti relatione, quae sit naturae nostrae conditio, et ut ad id quo naturae ratio poscit, te ut sapienter decet obsequentissimuz semper exhibeas

De multiplicatione morborum ac uiciorum Ca. xxix

Quoniam admonente nos Plinio, sumus ad naturalium defectionum nostrae corporis mentionem adducti, persequamur inceptum et humanae vitae morbos non inutili curiositate narremus. Dis. n. enus

It i